laudes præteritas non sufficisse in excus=
atione vitiorum subsequentium; ob
quem librum à Dominis, et Populis
mala opinionis habitus est, & inimicatus.
Sed propter ejus doctrinam, & linguam
eum venerari cogebantur: et omnes ejus
Canticos, et Carmina Ibna Giusei
discipulus ejus collegit; et suo tempore
gloriabantur homines docti totius scientiæ
habere titulum disciplinæ ac discipuli
ipsius Ibnul Chatib, qui suffocatus fuit
anno septingentesimo septuagesimo septimo
de Elhegira in Civitate Fes.

De Ettephtheseni.

Ettephtheseni natus est in Provincia
Taphtezan in Chorazano, qui fuit
nobilis Philosophus, et Theologus secundum
Esciarim; posteà aggressus est servitutem